



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Regulares exhibeant sui Superioris testimoniales de professione emissâ,
eamque iurent spontè sactam esse, aut ratam habitam, n. 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

resideat, à Decano illius Capituli, vel eo
 absente, ab ipsomet Capitulo; si in Col-
 legio, vel Gymnasio aliquo degat, ab il-
 lius Præsede seu Regente, aliàs a proprio
 Parocho adferat testimoniales literas
 laudabilis vitæ antea actæ, doctrinæ, &
 exercitij in ordinibus susceptis, etiam
 vestium collaribus sub amictu rectis,
 piè & ritè facti; horarum Canonicarum
 recitatarum, gestationis habitus atque
 tonsuræ clericalis; quibus addi quoque
 volumus, quod nulla censura, nulla irre-
 gularitate, nulloque alio Canonico im-
 pedimento sit irretitus: Religiosus etiã
 ordinum mendicantium à suo superiore
 simile testimonium in scriptis exhibeat;
 & testimonium huiusmodi non habens,
 ne quidem ad examen admittatur. *A*

*a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. 13. &
 14. Concil. Provinç. Colon. sub Hermanno 5.
 part. 1. c. 19. 22. 23. & 25. & sub Adolpho 3.
 tit. De altero medio cap. 5. pag. 432. col. 2.*

*Regulares exhibeant sui superioris testi-
 moniales de professione emissâ, eamque
 iurent spontè factam esse aut ratam.*

*XXV. Quemadmodum Clericus le-
 cularis,*

ularis, quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate, ad sacros Ordines promouendus non est, nisi prius legitime docuerit & prouisum sibi esse de sufficienti titulo beneficiali, vel patrimoniali; & insuper iurauerit quod titulum illum, quem pro futurâ suâ promotione exhibet, verè & pacificè absque vlla fraude seu lite possideat: & antè nolit dimittere, quam ei de alio sufficienti beneficiali Canonicè fuerit prouisum. Ita quoque Clericus Regularis testimonio sui superioris antè docere debet, se Religionis, cui adscriptus est, professionem emisisse; & præterea iureiurâdo affirmare se eam spontè fecisse, aut ratam habuisse; illudque in Registro Ordinatum disertè exprimatur.

ac. cum secundum c. tuis. De Præben Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. Statuta VValrami Archiep. Colonien. c. 20 pag. 129. Concil. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. 1. cap. 30. pag. 347.

Ordinandi quando, & vbi comparere debeant

beant